Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



autem cayphas qui consilium dederat iudeis: quia ex
pedit vnum hominem mori pro populo. Sequebat autem
ihsum symon petrus et alius discipulus. Discipulus
autem ille erat notus pontifici et introiuit cum ihsu in
atrium pontificis: petrus autem stabat ad ostium fo
ris. Exiuit ergo alius discipulus qui erat notus pon
tifici: et dixit ostiarie et introduxit petrum. Dixit ergo
petro ancilla ostiaria. Numquid et tu ex discipulis
es hominis istius? Dicit ille non sum. Stabant
autem serui et ministri ad prunas quia frigus erat:
calefiebant. Erat autem cum eis et petrus stans et ca
lefaciens se. Pontifex ergo interrogauit ihsum de discipu
lis suis et de doctrina eius. Respondit ei ihsus. Ego pala
locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga et i
templo quo omnes iudei conueniunt et in occulto lo
cutus sum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos
qui audierunt quid locutus sum ipis. Ecce hi sciunt
quid dixerim ego. Hec autem cum diceret: vnus af
listens ministrorum dedit alapam ihsu dicens. Sic respon
dens pontifici? Respondit ei ihsus. Si male locutus sum testi
monium phibe de malo. si autem bene quid me cedis?
Et misit eum annas ligatum ad caypham pontifi
cem. Erat autem symon petrus stans et calefaciens
se. Dixerunt ergo ei. Numquid et tu ex discipulis
eius es? Negauit ille et dixit. Non sum. Dicit vnus
ex seruis pontificis: cognatus eius cuius abscidit
petrus auriculam. Nonne ego vidi te in horto cum
illo? Iterum ergo negauit petrus. Et statim gallus
cantauit. Adducunt ergo ihsum ad caypham in pre
torium. Erat autem mane mane et ipi non introie